

clara, & liquida à lege ipsa recepta, & approbata. Hoc sa-  
ne casu debet iudex condemnare hunc inquit eum, nul-  
la amplius adhibita questione, & tortura. Cum satisfu-  
perque de ipsa veritate constet, ex quo præsumptiones  
à lege approbatæ, censentur liquidissimæ probationes,  
vt scripsi supra q. 36. Et in specie ita affirmavit Anton.  
Gomez. in 3. tomo varia, resolu. c. 12. nu. 26. vers. adver-  
tendum tamen,

Secundus est casus, quando extant solū præsumptio-  
nes, & indicia hominis. Hoc in casu ait Gomez. in d. c.  
12. in fi. inquisitum debere torqueti, sic intelligens tra-  
ditionē Bal. in l. vlt. col. vlt. C. de prob. & l. milites. nu. 6,  
C. de q. ac Franc. Bru. in tract. de indicis, & tortura p. 1.  
q. 4. n. 23. Ego existimaverim hoc torum iudicis arbitrio  
relinqui, vt pro ipitorum indiciorum, & præsumptio-  
num qualitate, ac pro conditione personæ arbitretur, an  
damnati vel tortura subjici sebeat.

*Præsumptiones, & indicia, quando extant contra ac-  
cusatum, & inquisitum, negantem in tortura  
deliquisse, absoluuntur, & sebeat, vel  
relinqui causa indecisam?*

S V M M A R I V M .

1 Negans in tortura delictum se commisisse, si præsumptiones con-  
tra ipsum extant, iudex an causam indecisam relinquit, vel  
absoluat. num. 2.

2 Regula quod actore non probante absoluatur reus, de qua proba-  
tione accipiatur.

3 Malitijs hominum obuiandum.

### Q V A E S T I O X C I I I .

Q VÆRO nonagesimo tertio, si accusatus vel inquisi-  
tus cōtra quem extant præsumptiones, & indicia  
negat in tortura se commisisse delictū, an ferri ea in cau-  
sa dēat sententia, vel causa relinqui indecisa. Hac de re sūt  
opiniones. Nam aliqui scriperunt causam esse relin-  
quendā indecīsam, atque ita iudicem pronunciare pos-  
se, sibi non liquere. Ita Sal. in l. si qui adulterij. col. 2. ver.  
ex ista gl. C. ad l. Iul. de adulter. & in l. 3. in fi. C. ad leg. Iul.  
maiest. & ibid. Ang. Paris Put. in tracta. de syndicatu. in  
verbo, viso de repetitione. col. vi. Alb. in l. diuus Marc. in  
1. notab. ff. de offic. præfid. qui scribit ita obseruare con-  
fueuisse D. Beccarium de Beccaria, patria Pa piensem il-  
lum fuisse opinor, in suis regiminibus, qui nō statim ab-  
soluebat accusatum, quem cognocebat non deliquisse,  
sed dissimulabat, ne præstaret ansam ceteris delinquen-  
di, ac ne accusatores ab accusando desisterent, deinde in  
fine regiminis eos absoluabat. Eandem opinionem pro-  
bavit apertius Marsil. in l. repet. n. 37. ff. de questioni. &  
practic. cri. 5. quoniam. n. 49. qui testatur in vniuersa Ita-  
lia obseruari confueisse ut iudices ita de causa hac per-  
plexi, è carceribus pro nunc relaxent carceratum, fide-  
iūsione præfita. Hoc enim modò nec absoluunt, nec cō-  
demnant. Et anno 1576. Iunio mense ita obseruatū fuit  
Venetijs ab Illustrissimo Dom. Legato Apostolico, seu  
eius D. Auditore, qui ita relaxauit è carcere presbyterū  
Georgium de Georgijs, Rectorem ecclesie S. Bartholomei  
huius cimitatis Padus, qui quidem presbyter fuerat  
accusatus, quod etiā falsi commisisset, à quo cri-  
mine ego eū defendebam, sicut extat responsum à me  
tunc redditum in cons. 22. lib. 3. & predicti Doct. mori-  
sunt ex dict. diuus. ff. de offic. præfid. ex l. si quis adulterij.  
C. ad l. Iul. de adulter. etiā ea ratione adducti, quia alio-  
qui, vel tolleretur defensio innocentiae, vel vindicta Rei-  
pub. Altera fuit opinio eorum, qui dixerunt, iudicem sua  
sententia debere & absoluere hunc inquisitum, vel accu-  
satum ab obseruatione iud. cij. Ita Bat. in l. vlt. nu. 5. ff. de

q. Ang. Are. in tracta. maleſiciorum in verbo, sicut publi-  
ca. in fine. Rom. in cons. 45. in fine. Crau. cons. 284. col.  
4. in fi. & egregiè Ant. Goan. in tertio tomo varia. resolu.  
c. 13. de tortura reorum. n. 28. ver. sed his non obstantib.  
qui his vitur rationibus, & argumentis. Et primo ex ge-  
nerali iuri regulā, qua constitutum est, quod actore nō  
probante reus absolvi debet, l. qui accusare. C. de eden.

3 Qua sanè regulā intelligitur & de plena, & legitima pro-  
batione, qua reus condemnari possit, quia alia non di-  
citur intentio actoris fundata, sicuti quando nō penitus  
probavit. Nec reperitur iure cautū, aut permisum illud  
medium à Doctoribus inuentum. Secundò confert l. de  
qua ref. de iud. De qua re, ait Julianus, iudex cognoue-  
rit, de ea quoque pronūciare cogēdus est. Idem in l. vbi  
ceptum, eo. tit. & auth. qui semel. C. quonodo, & quando  
iudex. Tertiò accedit text. l. vlt. ff. de cal. quo proba-  
tur, quod si reus torquetur, & delictū non facetur, ita  
vt delicti probatio non resultet, absoluvi debet, & ibidem  
annotavit Bal. Quartò huc pertinent cap. quotiens. &  
c. vi. de purg. canon. quibus sancitum est, quod ille, qui  
compurgavit indicia, quæ contra se erant, statim debet  
diffinitiū absoluvi. Quintò confert ratio, quod si causa  
hæc indecisa maneret, accusatus, vel inquisitus facile  
posset quotidie vexari ab aduersariis, id quod iure pmis-  
sum non est, cum hominum & malitijs obuiandū sit, l. in  
fundo in fine. ff. de rei vend. & l. 1. §. denique. ff. de aqua  
pl. arcen. cum his similibus. Nec quidquam vrgent alterius  
opinionis argumenta. Nam tex. d. l. diuus. ff. de of-  
fic. præfid. nō ad rem facit, quandoquidem illa dissimulatio  
fit eo in casu, in quo delictum quidem fuit perpe-  
tratum, sed tamen illi delinquēti, ob furorem, & mentis  
alienationem est quodammodo ignoscendum. Et simile  
est quod recentius in tract. de retinenda possessione, teme-  
dio tertio, n. 750. auctoritate Gellij. li. 12. no. 8. Aetic. ca.  
7. & Valerij Max. li. 8. c. 1. Non etiam obstat l. si quis. C.  
de adult. quia respondet, quod verè ibi durante lite,  
& instantia accusationis, de adulterio perpetrato, accu-  
sati ipsi antequam, vel absoluti, vel damnati essent, con-  
traxerunt matrimonium, vnde merito reiecta illa excu-  
satione, fuerunt deinde damnati. Non etiam repugnat  
illa ratio, quod alioqui tolleretur defensio innocentiae,  
vel Reip. vindicta, quia responderetur, iudicem iudicare  
oportere, secundum probationes, quas tunc adesse cer-  
nit, quod si noua indicia, vel probationes superuenient,  
non impeditur de novo inquirere, ex quo accusatum il-  
lum solūmodo absoluat obseruatione iudicij.

*Sententia quibus ex præsumptionibus ferri  
debeat, & possit?*

S V M M A R I V M .

1 Sententia ferri potest ex præsumptionibus iuris, & de iure.

2 Sententia ferri potest ex præsumptionibus iuris tantum, contra-  
ria probatione non sublati.

3 Sententia ferri potest, ex præsumptione hominis violenta.

4 Sententia ferri non debet contra aliquem, ex præsumptione ho-  
minis probabili.

### Q V A E S T I O X C I V .

Q VÆRO nonagesimo quartò, ex quibus præsum-  
ptionibus ferri sententia possit, & debeat. Distin-  
guendi hic sunt tres casus, quemadmodum, & tres præ-  
sumptionis species diximus.

1 Primus est casus, quādo & præsumptio est iuris, &  
de iure. Hoc in casu certum, & clarum est sententiam ferri  
possit, cum hæc dicatur vera, & propria probatio, vt suo  
loco

locu scriptissimus. Et exp̄s̄ s̄c̄ statuit statutum Venetum in prologo, in c. de præsumpt. l. 1.

2 Secundus est casus, quādo & præsumptio est iuris tñ,  
qua tñ contraria probatione non fuit improbata. Hoc  
est casu clarum est, sñm ferri posse. Quandoquidem, &  
hæc dicatur liquida, & manifesta probatio, ex quo lex eā  
sic approbavit, vt supra suo loco explicavimus, & idem  
statuit prædicū statutum Venetum. n. 3.

Tertiū, est casus, quā præsumptio est hominis tñ, que  
quidam à lege expressim approbata non reperitur. Hoc  
in casu diximus supra q. 5. hanc pendere a iudicis arbitrio,  
qui iudicare habet an eiusmodi sit præsumptio, vt  
ferre sententiam possit. Et dicere possumus, quod aliqui  
præsumptio est violenta, aliquando probabilis, aliquā-  
do leuis, aliquā temeraria. Primū itaq. quā præsumptio est  
violentia, ferri & sententia pōt in eū, contra quem illa  
extat, quemadmodū fecit Salomon, vt legitur lib. 3. Re-  
gum. c. 3. relatū in c. afferre. de præsumpt. dum iudicauit  
contra mulierem illam, quæ petebat puerum scindi, &  
dicebat, nec mihi nec tibi, sed dividatur, collegit ex ver-  
bis illis Salomon illā non fuisse matrē pueri, quippe que  
petebat ea, quæ repugnat humanae ac naturali pietati.  
Quam quidem sñm admittunt oēs in eo, ca. afferre. &  
ex Theologis Alex. Alensis in summa p. 3. q. 45. membr.  
7. col. vlt. vers. ex præsumptione vero violenta.

3 Scđo quā præsumptio est probabilis, ferri sñm & nō de-  
bet contra eū, cui illa obstat, sed solū indicenda est pur-  
gatio, vt in ca. 1. & 2. de purg. can. & idē affirmat Alensis  
in d. memb. 7. col. vlt. vers. ex præsumptione probabilit̄.

4 Tertiò quando præsumptio est leuis, ferri sententia  
non debet, sed in hoc dubio, in meliore partem sunt  
interpretāta, vt dicebat Beatus Beda in Homelij, quod  
relatū est in c. 2. de reg. iur. dum est interpretatus lo-  
cum illum Luca. c. 6. Nolite iudicare, & non indicabimi-  
ni. Et ad rem nostram Alensis in d. 7. membro colu. vlt.  
vers. præsumptione ergo. Qui sic etiam intellexit Diuum  
Augustinum super illud Dini Pauli Apostolorum Princ-  
cipis ad Corinth. 1. cap. 1. Dini August. verba hæc sunt.  
Noluit hominem ab homine iudicare per arbitrium su-  
spicionis, sine extraordinario, vsupatorioq. iudicio, sed  
legitimè convicū, aut spontē confessum.

5 Quartò quando præsumptio est temeraria & nulla pa-  
riter ferri debet sententia in eū, aduersus quem sumpta  
est præsumptio ista, sed dammandus potius est ille  
ita præsumens. Nam & contra illum stat quod supra di-  
ximus, nol te iudicare, & non indicabimini. Et ex predi-  
cis declarari potest predictum statutum Venetum, in d.  
c. de præsum. 6.

*Sententia lata ex præsumptionibus, an transcat  
in iudicatum.*

### S V M M A R I V M .

1 Sententia ex præsumptionibus iuris, & de iure lata, in iudica-  
tum tranfit, vt nequeat retractari. Quando tamen non ha-  
beat locum, n. 2.

3 Sententia lata ex præsumptionibus iuris, adductis contrariis pro-  
bationibus veris retractatur. Et quā sit ratio. n. 4.

5 Sententia lata ex testimonio vicinorum, dicitur lata ex proba-  
tione præsumptus.

6 Damnatus ob id in purgatione canonica defecit, quando retra-  
ctato iudicio absoluatur.

7 Iudex absolvit ob iuramentum litigantium, quod nō dederint  
vt corrumperetur, quando sententia retractanda veniat.

8 Fama plenam probationem faciente ex forma statuti, quando  
nibilominus sententia lata non transcat in iudicatu, & retra-  
ctetur. Et quād in cōsumate, vt pro convicto habeatur. n. 9.

10 Sententiam latam ex iudicio peritorum in arte non transire in  
iudicatum.

11 Sententia lata ex præsumptionibus iuris non retractatur, si cō-  
traria præsumptiones, vel iuris, vel hominis adferantur. Et  
quād in fallat. n. 14.

12 Sententiam à peritis in arte latam facile retractari, si contra-  
ria præsumptiones iuris superueniant, errorem affer-  
tur.

13 Sententiam latam de consilio sapientis, retractari ex consilio  
sapientioris, falsum demonstratur.

15 Sententia lata ex præsumptionibus iuris retractatur, si præsum-  
ptiones iuris, & de iure, ex aliquo actu in contrarium super-  
veniant.

### Q V A E S T I O X C V .

Q VÆRO nonagesimoquinto an sententia ex præ-  
sumptionibus lata, in iudicatum transeat, atque  
ita retractari an possit, vel non, cum contraria præsum-  
ptiones, vel probationes superueniant? Et cum hac in  
re videam varias esse interpretum opiniones, ita ali-  
quot casus distinguendo, dubitationem dissoluo.

Primus est casus quando lata est sententia ex præsum-  
ptionibus iuris, & de iure, hoc casu opinor sententiam  
ita in iudicatum trāsire, vt retractari amplius nō pos-  
sit ex contrariis allegatis probationibus, & multo minus  
ex contrariis præsumptionibus. Ea est ratio, quod si ab  
initio probationes aliquæ aduersus ipsam præsumptio-  
nem iuris, & de iure obici non possunt, vt abunde esse  
dissentimus supra q. 60. multo minus obici possunt lata  
sententia, & in iudicatum lapla, cum firmius quid sit.

Declarari tamen potest hic casus, vt locum non ha-  
beat illis & in casibus, in quibus admittitur probatio cō-  
traria aduersus hanc præsumptionem iuris, & de iure, si-  
cūt quando de rei veritate constat per confessionē ad-  
uersarij. Quo sanè in casu tollitur præsumptio hæc iuris.  
& de iure, vt differui supra q. 91. mo ex confessione hac  
retractatur res iudicata, ex veris probationibus pronun-  
ciata, ita in specie scribunt Bald. in l. si quis adulterij. nu.  
3. in fi. C. ad leg. Iul. de adulter. Aret. in ca. proposūisti,  
nu. 23. de probat. & clariss. Iason in repet. Iadmonēdi.  
num. 46. ff. de iureiur. & ibidem Curt. Sen. nu. 23. Idem  
est dicendum, quando per indirectū probatio admit-  
tit cōtra præsumptionem iuris, & de iure, vt diximus  
supra q. 65. Ita etiam ceteris in casibus, in quibus con-  
traria probatio recipitur, sicuti declarauimus supra q.  
65. & subsequentibus.

Secundus est casus, cum sententia est lata ex præsum-  
ptionibus iuris, & deinde contraria verae probationes  
adducuntur. Hoc & in casu res illa iudicata retractari de-  
bet. Ita in specie tradunt Abb. in c. proposūisti, de pro-  
batio. & ibidem apertius Are. nu. 23. & Fel. nu. 11. Cur-  
tius Iun. in l. admonēdi. nu. 22. & ibidē apertius declarat  
Ias. in repet. n. 38. ff. de iureiur. qui ita de vera, & propria  
probatio loquenter intelligit Inn. in c. tua nos. nu. 5.  
de cohāb. cler. & mulie. cum simpliciter dixit, sententiam  
latā ex notorio exorto à præsumptione, posse retracta-  
ri, cū contrariū fuit probatum. Non eo loci declarat In-  
noc. qualis esse debeat hæc contraria probatio. Et ideo  
intelligi debet de probatione vera. Ita etiā interpretat-  
ur Angelum in l. diuus. ff. de testamen. milit. in l. 1. Co-  
tent. ref. non posse. & leg. sub specie. C. de iure iudica-  
ta, dum secutus Iason. d. c. tua nos. scripsit, sententiam  
lata ex probationibus priuilegiatis, retractari contrariis  
probationib. cōtrarias probationes intelligo veras, nō  
aut præsumptas. Et ea est huius sñm & ratio, q. de rei  
veritate ex veris probationib. constat, & ideo illa senten-  
tia vt lata prætextu falsarum probationum terraetur,  
iuxta l. 1. C. si ex falsis instr. & dicimus infra. Hinc modò  
inficitur ad id quod scribunt nostri interpretes in l. 1. ff.  
de rebus cred. si certum peta. si lata est sententia ex testi-  
monio eorū, qui attestati sunt, se de negotio scire, ob  
quod

5 quod vicini sunt, cum sit sententia † lata ex quadam probatio  
nem præsumptiuam, retractari illa debet, ut scribit Dec.  
in d.l. i.nu. 64. & ibidem Jacob. Niger nu. 48. post Alex.  
& Cæteros. Horum inquam traditio procedit, cū aduersus illam præsumptiuam probationem vere superueniunt. Ita et̄ declarari potest tex. cap. cum dilectus. il. 2. de purg.  
canō. quo diffinitum est damnatum † ob id quod in purga-  
tione canonica defecit, si nouæ probationes de innocentia superuenient, retractato iudicato, absoluī, intelligitur ille canon, cum vere probationes superuenient, non autem præsumptiuā. Non ignorō tamen Aret. in c. proposuisti. n. 27. in fi. de probat. aliter declarare.  
Ita etiam declaratur tex. in auth. nouo iure in. fin. C. de pena iud. qui male iud. & quod ibi scripsit Ang. si la-  
ta est † sententia prætextu iuramenti à litigantibus su-  
cepti, quod nil iudici dederint vt corruperetur, iudex abſoluitur, quæ sententia cum sola præsumptiuam proba-  
tione ex iuramento. l. lata sit, ob id retractatur, si contraria probationes superuenient. Intelligo hic etiam de  
veris probationibus, non autem præsumptiuā.  
His etiam declaratur, quod egregie docuit ad re nostram Cur. Iun. l.admonendi, nu. 21. de iure iuri, post Ioa. Bapt. à Sancto Seuerino ibid. si statuto cautum est qđ fama † faciat plenam probationem, sententia eius præ-  
texu lata, nō transit in indicatum, sed retractari potest, intelligo posse retractari, si vera probationes superuenient, non autem si alia præsumptiuā. Ita etiam declaratur, qđ eodem in loco subiungit ipse Curtius, si statuto cautum sit, quod contumax † habeatur pro coniuncto, & confessio, sīa, quæ deinde contraria cum fertur, nunquam transit in indicatum, ob id retractari potest, intelligo posse retractari, si veris probationibus constat de illius contumacis innocentia. Eo tñ loci recenser Curt. ipse Frane. Are. in conf. 147. nu. 5. scribente, quod pro ipso contumace fieri possunt probationes ante latam sententiā, quia tunc contumax, vel eius nomine aliquis excusationem proponere, & in nocentiam probare potest, secus iā lata ipsa sententia, si à statuto rejicitur contumax ab oī audientia, & remedio. Hinc etiam declaratur, quod tra-  
dūt Doctores sententiam † latam ex iudicio peritorum in aliqua arte, non transire in indicatum, sicuti scribut Bal. & Alex. in l. si ab hostib. col. 3. ff. sol. mat. Ang. in l. quod si nolit, qđ si mancipium. ff. de adūl. edictio. Fel. in c. pro-  
posuisti, col. pen. ver. quarta conclusio. de prob. Afflict. in decil. 3. n. 6. Hæc sanè traditio intelligitur, quando contraria probationes adducuntur. Non enim hæc rejiciuntur. Ita declaratur illa doctrina, quod sententia lata super iurē ex aspectu non transit in indicatum, vt tradunt Bart. in l. minor 25. annis. adito. & in l. de arte, nu. 16. ff. de min. Bal. in l. si minorem. C. de in integ. restit. & in l. 2. col. 2. ver. sed hic dubitatur. C. quando fiscus, vel priua. & Fel. in c. signific. n. 8. de homic. Hoe sanè intelligitur, vt non transire in indicatum, quin possint fieri probationes contraria, sicuti cæteris in casibus supra com-  
memoratis scripsimus.  
11 Tertius est casus, † cum sententia est lata ex præsumptionibus iuris, & deinde contraria præsumptiones, vel iuris, vel hominis adferuntur. Hoce quidem casu nō re-  
tractatur sententia, ita scribunt Abbas & Aret. in d. ea, proposuisti, & ibidem Fel. nu. 11. de prob. Ea est huius assertionis rō, quod superuenient contraria præsumptio non plus efficit rem esse certam ac indubitatam, vt iam ante fuerat. Hinc intelligimus et rase illos, qui scrip-  
serunt, sententiam † à peritus in arte latam, facile retractari, ob id, quod sola iuris præsumptione fulcita est, si nouæ, contraria iuris probationes superueniant. Cuius quidem opinionis auctores sunt Butr. in d. c. proposuisti, col. 1. ver. dumquid aut. de prob. post Io. And. in ad-  
ditio. ad Spec. tit. de homic. §. 1. ver. sed pone. Ale. in l. si ab hostib. n. 10. ff. sol. mat. & cōm. ascertuit Dec. in

num. 31.

1. i. in tertia lect. nu. 65. ff. si certum peta. & idem Dec. in cons. 278. in fine. Clarius idem scripsit Ias. in repet. l. admonendi, n. 30. ff. de iure iuri. & in l. si conuenit, nume. 21. ff. de re iud. Est inquam horum assertio, atque traditio falsa. Nā cū secunda sententia sola præsumptione natatur, dicendum est retractari non posse, sicuti aduersus Io. Andreæ, Butrium, & cæteros iam relatos, scripserunt Abas in d. c. proposuisti, & ibidem Dec. n. 14. ad finem, assertit, hanc posteriorem Abbatis opinionem esse de iure veriore. Et eadem secuti sunt Ias. Balbus decisi. 241. Scala Patauinus. lib. 4. de consil. sapient. c. 21. Marius Salomonis in §. responsa prudentum. inst. de iure nat. gent. & ciuil.

Hoc etiam intelligimus multo magis falsam esse tra-

ditionem eorum, qui dixerunt † siā latam ex consilio sapientis, secundū statuti dispositionem retractari ex consilio sapientioris. Hanc equidē opinionē male affirmarunt But. in d. c. propos. de prob. Rom. in l. cum quidam. §. quod dicitur, de acq. hær. & in cons. 28. in fine. & Alex. in l. si ab hostib. nu. 12. ff. sol. mat. qui asseruit hanc esse singularem traditionem, quam etiam committarunt Ias. in rub. in fin. & in repet. l. admonendi, n. 41. ff. de iure iuri. & in l. si conuenit, nu. 21. ff. de re iudic. & Petrasl. & sing. 20. Dec. in cons. 278. in fi. Rui. in cons. 34. n. 1. lib. 1. Marsili. in l. vnicā, n. 47. C. de rapto virg. & sing. 427. plures sunt casus.

14 Declaratur hic casus, vt locum non habeat, quando † consensu aduersari, pro quo lata est sententia, admititur præsumptiuam probatio, ita declarat Ripa in l. admonendi, n. 43. ff. de iure iuri. post Ias. & Cur. Sen. ibid.

15 Quartus est casus, cum sententia est lata † ex præsumptionibus iuris, & deinde contraria præsumptio iuris, & de iure ex aliquo actu superuenient. Hoc in casu ista sententia retractatur. Ita Abbas, Aret. & Fel. in d. c. proposuisti. de prob. qui ita interpretantur l. si qui adulterij. C. ad leg. Iul. de adul. quo locuta etiam declarat Bal. nu. 3. post gl. ibi. & idem docuit Cur. Sen. in l. admonendi, nu. 22. de iure iuri. & idem sensit Fel. in c. significasti. num. 8. de homicid. Alex. in l. 1. num. 29. ff. si certum petatur. Cum enim de cōmiso adulterio, vir, & mulier essent accusati, & præsumptiones admissi criminis extarent, eam accusationem effugerunt, probationibus factis quod es-  
sent sanguine coniuncti, qua consanguinitatis præsumptione, evitabant eam præsumptionem commissi adulterij, ob id absoluti fuerunt. Deinde hi vna matrimonij contrarerant, ex quo quidem actu præsumptionem maximē efficacem, quam iuris, & de iure appellamus, fecerunt Imperatores Thodosius, Arcadius, & Honoriūs, illos delinquisse, atque ita absolutionem nil esse impediente, quoniam seuerissimē puniri deberent. Nam illa præsumptio tam violenta æquiparatur confessioni, qđ vim habet etiam aduersus præsumptionem iuris, & de iure, ac etiam aduersus rem iudicatam, vt diximus supra in primo casu. Cæterum constitutio hæc traditionem hanc probare videtur, cum ibi nulla super præsumpto adulterio lata fuerit sententia absoluciónis, sed solum is accusator ob superuenientem præsumptionem prætextu consanguinitatis ab accusatione deslit, sicuti ibidē sensit Accursius, & clarius explicat Cynus, & cū eo Salicetus, qui quidem subiungit, quod fortè non improbabiliter dici potest, quod iudex non absoluit simpliciter acusatum, sed causa adiecta, quod crimen in eo non sumatur, ob sanguinis coniunctionem. Qđ sanè causa, cum falsa detegatur, ob subsecutum matrimonium, absolutione illa euaneat. Vele etiam (ait Salicetus) lata ibi fuit absoluciónis pretextu falsarum probationum super affinitate, non mirū si retractatur, iuxta. l. 2. & 3. C. si ex falsis in str. & tradunt Soc. Iun. in conf. 40. nu. 6. 8. libr. 2. Ias. in l. si is, ad quem. nu. 19. de acq. hær. Rui. in consil. 89. num. 15. lib. 1. & Ripa. in l. qui Rom. §. duo fratres.

Sententia lata ex præsumptionibus, an exequi debet?

S V M M A R I V M.

1 Sententia priusquam in indicatu transeat, exequenda non est.  
2 Sententia ex præsumptionibus lata exequitioni mandatur in-  
term dum de retractatione dubitatur.

3 Sententiam in causa matrimonij latam in indicatum non tra-  
nit.

4 Sententiam latam ex probationibus priuilegiatis exequendam  
esse. Et quod illa ex contrarijs probationibus retractetur,  
num. 5.

Q V A E S T I O X C V I .

Q VAERO nonagesimo sexto, an hæc sententia lata ex præsumptionibus, et si non transeat in indicatum,

sit tamen exequenda? Dicendum videbatur, exequen-  
dam non esse, cum tunc de munī † exequenda sit senten-  
tia, qđ iam in indicatum lapsa est, c. quoad consultatio-  
ne, de re iud. Orian. in c. quoniam contra in verbo, inter-  
locutiones, & appellationes, nu. 40. de prob. & confert. l.

1. C. de exec. re iud. & ibidem Bal. & cæteri, & Paul. Gir-  
lan. de rela x. carcerato. c. 2. Cæterum contrarium verius  
esse opinor, nē sententia † hæc esse exequioni mittē-  
dam inter dum dubitatur de retractatione, ita enim

3 dicimus, quod licet sententia lata in causa † matrimonij  
non transeat in indicatum, vt probat oī fraternit. de frig.  
& malef. & scribunt oī ibi. & Fel. in c. significasti. nu. 8. de homicid. Ni hilominus sententia hæc executioni man-  
datur, & ob id mulier, ad cuius fauorem pro disolu-  
tione matrimonij lata est sententia, alteri viro nubere po-  
test. d. ca. fraternit. vbi gloss. in verbo, per errorem: & in  
verbo, fornicatio. Butt. & Mol. in c. consang. de re iud.  
dum dixerunt, matrimonium separari cognito eius im-  
pedimento, per sententiamq; declarato. Et in specie, qđ

4 sententia † lata ex probationib. priuilegiatis, quales el-  
se videntur præsumptiones, & conjectura, sit exequen-  
da, scripsit benē eruditus Scala Patauinus in trac. de cō-  
fil. sapiētis, lib. 4. c. 22. sic declarando traditionem. Inn.  
in c. tua nos. de cohab. cler. & mulier. & Ang. in l. 1. Co-  
sentent. rescind. non posse, qui scripserunt sententia lata  
5 ex probationibus priuilegiatis † posse retractari ex  
contrarijs probationibus. Et propterea scripsit practi-  
to loco Scala, quod etiā sententia lata ex consilio sapiē-  
tis non transeat in iudicatum, ex multorum opinione,  
attamen executioni mittenda est.

3 Probatio non auger, vel minui delictum.

37 Probatio est quid extrinsecum, post delictum perfectè consum-  
matum superueniens.

38 Indici permisum est, ne ex toto absoluat, nec ex toto condem-  
net.

39 Pena delicti ordinariam imponendam, quando præsumptio  
est violentissima, et si non indubitate.

9 Delictum iuris sola præsumptione probatum, pena ordinaria nō  
puniri, errorem affirmatur. Idem de opinione Fel. nu. 10.

11 Incendium esti in habitantium culpam commissum præsumatur,  
nemo tamen ad emendationem danni tenetur, si de persona  
determinata non constet. Vide nu. 12. 13. & 14.

15 Pœna mitior arbitrio iudicis imponi debet, quando de delicto  
constat solummodo suspicionibus hominis, vel legis.

16 Pœna ordinaria iudicis non debet, quando de sola præsumptione  
hominis non violenta agitur.

17 Pœnam extraordinariam locum habere, quando de delicto co-  
stat ex præsumptione hominis vehementis.

18 Præsumptione hominis non violenta, vel etiam vehementes,  
non sunt coniungēd ad constituentam plenam probationem  
quod pœnam ordinariam.

19 Pœna ordinaria puniendum, quem deliquisse constat præsum-  
ptione hominis violenta, secundum quodam. Et per quem iu-  
dicem, nu. 21. Alio referuntur opinione, nu. 22. & 23.

20 Pœna ordinaria deprecatio nulla est, vbi vehementes est perpe-  
trati criminis præsumptio.

24 Index sententiam temperare debet, quando de delicto constat  
solum præsumptione hominis violenta, nu. 25.

26 Protestatio iuri repugnat, atque non consistens in potestate  
hominis, nil prodest.

27 Lex & natura non admittit duo pugnantia in uno subiecto.

28 Facta sunt diuidia.

29 Probatio dubia nil prodest.

30 Facinus nocens impunitum relinquens est, quam innocen-  
tem damnari.

31 Sententiam medianam semper iniquam dici, & nu. 33.

32 Delicto pœna vt conueniat, index cauere debet ut bñ.

34 Probatio liquidissima requiritur in pœnis.

33 Fauci qualitas minore debet delicti pœnam.

37 Probatio non auger, vel minui delictum.

37 Probatio est quid extrinsecum, post delictum perfectè consum-  
matum superueniens.

38 Indici permisum est, ne ex toto absoluat, nec ex toto condem-  
net.

39 Pœnam delicti ordinariam imponendam, quando præsumptio  
est violentissima, et si non indubitate.

Q V A E S T I O X C V I I .

Q VAERO nonagesimo septimo, an ex præsumptionibus  
nibis & conjecturatis probationibus pœna ordi-  
naria possit, & debet à iudice imponi, vel non? Hæc iu-  
ris quæsto adeo perplexe, & suboscure, à nostris explicata  
est, vt vix scire possint qui in foro & iudicis verlantur  
quid obseruantur sit. Ego autem meis pro virtibus luce  
aliquam tantæ obscuritati adferre conabor. Itaque ca-  
sus aliquot ita distinguo.

Primus est casus, cum ex præsumptione iuris, & de  
iure, constat aliquem delinquisse. Hoc in casu † pœna ordi-  
naria, quia pro eo delicto imponi solet, est omnino in  
dicenda. Ita manifeste censuit Albert. Gand. in tract. de  
maleficis, sub rub. de præsumpt. & iudicis indubitatibus, ex  
quibus sequi potest cōdemnatione, col. 3. ver. solutio vñ. &  
col. pen. ver. primū est indubitatum. Idem scriberūt Bal.  
in l. vñ. nu. 2. C. de prob. & Matth. notab. 119. Nota, qđ  
præsumptio. in fi. dum allegando l. si qui. C. de adul. qua-  
de præsumptione iuris, & de iure loquitur, scripserunt,  
quod illa sufficit ad condemnationem pœnae ordinariae.  
ex quo dixerūt habere vim plenā probationis. Et Mat-  
th. thelānum secuti sunt Ias. in l. non hoc, col. 4. ver. intel-  
lige tamen. C. vnde legi. & Marsilius in rubr. de probat.  
nu. 252. Et his addo Franciscum Brunum in tract. de in-  
dicis & tortura, par. 4. q. 4. nu. 15. Et idem scripsit Aug.  
Arimine. in addit. ad Ang. de maleficijs, in verbo quod  
fama publica, nu. 25. Quam quidem sententiam probat  
d. l. si quis. C. de adul. Illa enim est præsumptio iuris, &  
de iure, sicuti ibi omnes intelligunt, & dicemus in str. lib. 5.

præ-